



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In Qvibvs Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo Continentvr Et Explicantvr ...

Tomás <de Jesus>

Coloniæ Agrippinæ, 1684

Capvt XVI. Fideipraxis circa amorem proximi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38621

quam intellectu concipere, nisi per imagines rerum sensibilem, sine quibus quoque non facile ad amorem accenditur, neque res spirituales quamquam multo ceteris nobiliores, valet apprehendere. Cum ergo DEUS sit Spiritus altissimus, & purissimus, & infinite omnes creaturas excellens, neque ab intellectu humano imaginabilis ad normam eorum, quæ in terra amantur, maximam difficultatem experitur homo ad divinæ Bonitatis amorem concipiendum: crescit arduitas, ignorantia perfectionum, ac proprietatum divinarum, quæ, quia illa majestas omnem intellectus nostri capacitatem infinitè transcendit, nequaquam ab homine cognosci possunt.

Nillum porro huic malo remedium inveniri potest efficacius, & excellentius, quam vivæ fidei exercitium, quæ aciem humanam sublimius divinæ cognitioni proportionatam elevat, clarè depingens, & demonstrans proprietates, & conditiones, ad Deum totius visceribus adamandum impellentes: Quid enim nobis appetitius manifestat DEUM infinite esse dignum omni servitio, honore, & amore, quam fides: hæc nobis ob oculos ponit DEI potentiam, Bonitatem, Misericordiam, Pulchritudinem, Suavitatem, Sapientiam, aliasque perfectiones, quæ simul junctæ, & singulæ cor hominis elevat, & post se mirabiliter abripiunt.

Specialiter tamen Christiani voluntatem ad amorem inflammat fides Incarnationis, & tam dolorosæ passionis, ceterorumque mysteiorum redemptionis nostræ, quam in carne mortali consummavit unigenitas DEI Filius.

Tria etenim amorem alicujus personæ causare solent. Primum Bonitas. 2. Beneficia: tertium Amor quo erga nos afficitur, quæ ita in JESU Christo reperitur, ut nec Bonitatis, nec Beneficiorum, aut amoris demonstratio ulla major excogitari possit.

Bonitas quippe immensa fuit, quæ tam intimam DEI cum humana natura communicationem, & unionem efficit. Beneficia incomparabilia, cum ipse Filius Dei unigenitus nobis datur, cumque illo, & per illum incomprehensibiles donorum, gratiarum, ac æternarum promissionum thesauri: Amor Christi erga nos, ut fides docet, ardentissimus fuit, à quo ad tales deductus est extremitates, ut hominibus, quorum gratia susceptæ sunt, incredibiles videantur, quæ omnia, rapidissimæ ignis scintillæ sunt concremantæ cor nostrum ardentissimo amore DEI sumamè amabilis, ac tantæ benefactoris & amatoris nostri.

Hinc ponderando Charitatem, & amorem Dei erga nos maximum, exclamat Apostolus: *2. Cor. 5. Charitas enim Christi urget nos, & pro omnibus mortuus est Christus: ut & qui vivunt, jam non sibi vivant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est*: sentiebat enim se Apostolus non solum invitari, sed etiam compelli, & violentari ad amorem, Charitate Christi Domini, & merito: nulla enim alia remelius amorem compensare possumus, quam amore, & aliquatenus satisfacere obligationi quam habemus erga Dominum, nisi ipsius præceptum *Matt. 22. adimplendo: diliges Dominum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua*: ut nihil in nobis sit, quod non totum in amore Dei occupetur, non osecitauer, sed cum toto animi ferventis annis, & contentione.

Singulis hæc Christi Domini amoris demonstratio, validissimè quoque hominem ad capitale peccati, quod tantæ bonitati adversatur, odium, & abominationem excitat, ubi enim clarius ex-

pressam gravitatem peccati, & excellentiæ amoris Dei, contemplari licebit imaginem, nisi in ea, quam certissimo fidei penicillo depictam videmus, unigeniti filii Dei incarnatione, & morte crucis, ignominia, ac doloribus plenissima.

Vbi & cernere erit innocuorum, ac tenerrimorum ejus membrorum flagellationem acerbissimam, foedam conspuationem, colaphos, & verbera tremenda, crudelissimam spinarum coronationem, irrisiones despectusque tantos, ut Barrabâ vilior publicè ab omnibus proclamaretur, quæ omnia patientissimè ac voluntariè pro nobis sustinuit Agnus innocens, ut nos à peccato mundaret, & crearet sibi populum acceptabilem, *sectatorem bonorum operum.*

Quæ si vera sunt, ut sunt infallibili fide verissima, quodnam remedium concipi potest fortius, aptiusve ad mentem humanam medullitè instillandam execrationem vitii, & summæ bonitatis amorem? quidquid enim usquam conscriptum est, vel conscribi unquam poterit, ad ista duo ordinari necesse est, ad divinæ charitatis persuasionem, & turpitudinis peccati abominationem.

Omnis tamen simul, non ita valent peccati maculas, & divinæ charitatis incendia demonstrare, sicut mysterium Passionis, & Incarnationis, Filii Dei quandoquidem sine temeritatis nota dicere possumus, etiam si Deus tota sua omnipotentia, & Sapientia incomprehensibili, aliquo præclaro facinore, vel si dicere liceat, philtro, aut veneficio homines ad sui amorem attrahere voluisset, & ad cognitionem dignitatis virtutum, & enormitatis peccatorum perducere, non apparet amplius agere potuisse, quam quæ in eum finem de celo ad terram descendens, tandemque cruci affixus egit, & perpeffus est.

Nam quamvis libri multiplices, & voces, & voces multatæ prophetarum, & fabrica mundi hujus, enarraverint multa divinæ magnitudinis encomia, omnia tamen in comparatione libri hujus vivi Dei, amore hominum ex virgine natæ, & in cruce mortui, picta sunt, & umbratica.

CAPVT XVI.

Fidei praxis circa amorem proximi.

Fidei doctrina est, *Diliges proximum sicut teipsum*, omnem quoque scripturam, & quidquid Christus fecit, aut docuit ad amorem Dei, & proximi ordinari: Nam, ut inquit Apostolus, *plenitudo legis est dilectio*. & Christus Dominus: *In his duobus mandatis universa lex pendet, & Prophetia.*

Ad dilatandum igitur corda nostra, viva, & sincera proximi dilectione, fidei in primis oculis aperire debemus, & aperto ore, attrahere ignem ardentissimum pectoris JESU Christi, quod tam ardentem erga animas mortalium exasit, ut amor hominum eum è sinu Patris ad MARIÆ traxerit uterum, & tanta in assumpta natura pati impulerit, sic enim fides docet, dicente Salvatore: *ego veni ut vitam habeant, & abundantius habeant.* *Joan. 1.*

Cum igitur luce fidei tantum Christi erga animas amorem videamus, si veri, ac legitimi æstimari volumus amici, & filii JESU Christi, ipsi quoque intus eas visceribus amate debemus.

De Sancto Francisco scribit sanctus Bonaventura, *Lib. 1. vitæ ejus, non se Christi reputabat amicum, nisi animas foret, quas ille redemit, salutem animarum nihil præferendum esse dicebat: eo maxime probans, quod unigenitus DEI pro animabus dignatus fuerit in Cruce pendere.*

Sancta Catharina Senensis, cum quadam die

JESU
CHRISTUS
SPIRITUS

ut Deus sit, in omni, in
diverfibus nobis
immo, non solum DE
in fidei, qui magis
dilectus est, verus, iustus
quis sperat, non
eus possessio non
nostram consolatio
dignatur, hoc
in fidei repleat, hoc
abundantia in fidei
tanquam medium
augendam.
, Sancti fidei sunt
abores magis
& demonis infestus
ed ut audeat dicere
, qui me confortat, in
verbo, de potentia
in auxilio ejusdem,
ideetur.
ius in Sancti cre
ali animo impo
genda, & toleran
plus de fidei di
amvis expectantia
vilitatis propria
aliquid homo, qui
brachium fuit
vult in nobis
on finem fidei
tuis, & iudicium
aliquid à nobis, sed
(C)

revelasset ei Dominus pulchritudinem, & splendorem animarum sanguine IESU Christi redemptarum, ita salutis earum amore, & zelo incensa fuit, ut diceret, tanta est dignitas & pulchritudo animarum, ut labor nullus quantumvis maximus, earum dignitati valeat comparari.

Quis porro labores, & difficultates quas Sanctus Paulus, & Apostoli, alique Sancti quam plurimi, pro bono animarum passi sunt, enumerare sufficiat? plena sunt sacrae Scripturae eloquia, & historiarum Ecclesiasticarum monumenta, praclarissimis charitatis proximi exemplis: ubi videre est, quantis se viri sanctissimi exposuerunt periculis, quanto fervore in remotissimas extraneasque regiones peregrinati, quanta magnanimitate in medio Haereticorum, Gentilium, & Barbarorum sicut agni inter lupos versati, commoditates, & quietem propriam pro salute proximi, animarumque profectu in sudores, pericula, & immensos labores commutarint; maximè verò quanta fortitudine, & Spiritus Sancti robore vitam suam libenter pro fide, & proximorum salute impenderint, quod illustrissimum est, & firmissimum inventis zeli, amorisque, ac charitatis excellentis testimonium; *major enim hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis.*

Nascitur praeterea in (servis Dei amor & aestimatio animarum, ex ferventi desiderio sanctificationis divini nominis, ut DEUS ab omnibus cognoscatur, glorificetur, laudetur, ad ametur: etenim cum fidei veritas ostendat, DEUM infinitè omni creaturarum amore dignissimum, ipsaq; eum ardentissimè amant; nequaquam patienter sustinere valent tantum, talemq; DEUM, non ita, ut meretur cognosci, & amari; sed immensa ipsius beneficia, ab innumerabilibus hominibus idololatrici, aliisque erroribus excaecatis ignorari, & ab ingratis contemni.

Effectus hi sunt Fidei vivæ, & amoris divini, qui cum semel cor fervorem Dei possiderit, mirum est, quantum eos excrucient peccata in Deum admittit; cum enim videant, & cognoscant, quam graves, & enormes sint offensae innumerabiles, quas in Deum quotidie homines audent committere, fidei acie, execrabilem illam rebellionem unius peccati mortalis, adversus divinam majestatem, & infinitam creaturæ in Creatorem suum injuriam, clarè perspicentes, succenduntur zelo salutis animarum ardentissimo, ad destruendum & debellandum, quantum in se est, tam grande peccati malum.

Non minus etiam commoveri solent viscera charitatis, & commiserationis, in Sanctis Dei, perspicaci intuitu damnorum & calamitatum incomparabilium, in quæ demeritæ sunt per peccatum animæ: vident enim lumine fidei, Deo inimicas, omni abominatione turpiores, omni spurcicia fetidiores, æternis inferni pœnis addictas, & medullitibus tantis condolentes malis, eas eruere satagunt, ut dum CHRISTVM Dominum, Vivæ Fidei oculis in proximo considerant, secundum quod ipse dixit: *Quod fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis*; hac fidei veritate, omnem animarum necessitatem sive temporalem, sive spiritualem, Christi Domini necessitatem arbitrantur, quidquid ad earum consolationem, & salutem pertinet, strenuè procurant.

Hinc verorum Christianorum in operibus misericordiae sollicitudo, quia in egeni & mendicis habitu, Christum Dominum latentem aspiciunt: qua Fidei vivacitate S. Martinus adhuc Catechumenus Christum Dominum divisa veste con-

textit; & S. Franciscus non sine miraculosa sanitate, Christum Dominum in leprosis excolabatur, illud recolens Propheta de Messia vaticinium: *Et nos putavimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo & humiliatum.*

Dignitatem praeterea animarum admirandam convincit, pretii, quo redemptæ sunt, valor infinitus: nam, ut inquit Sanctus Petrus; non corruptibilibus auro vel argento redempti estis, sed pretioso sanguine, quasi agni immaculati Christi, & incontaminati. Memento ergo homo & pondera dignitatem tuam, & à tam Sapiente mercatore tanti aestimatum, tam sublimi pretio redemptam animam, noli mundanarum mercium vanitatibus, degeneri conversatione commutare: In hanc rem est, quod Sanctus Augustinus dicere solitus erat: *Cum cognovissem animam meam pretioso sanguine unigeniti filii Dei esse redemptam, nolui eam amplius pro ulla re exponere venalem.* Similiter hac ratione perspicere licet, quanti proximum, est vilissimum forè mancipium, aestimare debeamus, quem Dominus noscitur JESUS Christus tantum fecit, ut non dubitaret pro eo manibus tradi nocentium, & crucis subire tormentum: quantumque ab omni scandalo, & peccati, praesertim mortalis, occasione cavere, ne animæ fratris nostri occideret effecti, pretiosum Christi Domini sanguinem effundamus in terram: si enim aurum est, quod auro æquivaler, sanguis Christi est, quod Christi Domini sanguine constitit; qui profectò impudè ac crudelissimè in terram profunditur, cum in interitum anima precipitur.

Hinc quoque valorem gratiæ & charitatis, gloriæque æternæ colligere poterimus, hec enim omnia, magno isto Sacrosancti, & divini Sanguinis pretio comparata sunt, in eoque causam nec Spiritus sanctus fuit datus, nec apertæ celi januæ, anteq; iam pretium istud dolo-rosissima sanguinis effusione persolutum foret.

C A P V T XVII.

Praxis Fidei pro oratione vocali, & mentali.

Ratio duobus modis fieri solet, vocaliter, aut mentaliter: utriusque ritum in modum hinc viva subservit.

Sanctus Augustinus *Serm. 36. de verbis Domini* fusè probans, fidem esse fontem orationis, inter cætera sic ait: *si fides deficit, oratio perit*; & ut ostenderet fidem fontem esse orationis, nec posse iterum, ubi caput aquæ siccat, adjunxit atq; itaquitur: *modo autem invocabunt, in quem non crediderunt. Ergo oremus credamus, & ut ipsa non deficiat fides, qua credamus, oramus, fides fundat orationem, fusa oratio fides im-*

petrat firmitatem. Verum cum plurima, & clarissima suppetant Sancti Evangelii in hanc rem testimonia, frustra laboramus in quaerendis Sanctorum Patrum sententiis.

Primum enim docet nos fides orationis necessitatem, cum enim sine Deo nihil possimus, & Apost. docente non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis, restat sola oratio, per quam divini favorem auxilii ad bene operandum impetrare possimus: idcirco inculcabat Salvator noster, oportet semper orare, & nunquam desistere. Et, *vigilate itaque omni tempore orantes, cum admo-*

Matt. 25

Quod fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis

adm...
tio...
mou...
bitis...
inca...
Dei...
C...
pra...
gras...
peti...
qua...
stru...
cro...
pra...
afce...
im...
fuc...
Jan. 4. ad...
In...
nie...
ter...
pr...
qu...
Jan. 17. str...
ut...
no...
mu...
te...
in...
&...
pi...
no...
n...
c...
I...
o...
i...
i...
Ead. 36.